



**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Deipara salutanda in ingressu, & egressu è domo, num. 10.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

tua damnationis sententiam per te pia Ma-  
ter & Virgo valeam euadere, & cum ele-  
ctis Dei omnibus ad aeterna gaudia fœliciter  
peruenire. Amen.

Sub tuum præsidium configimus sancta  
Dei genitrix, nostras deprecationes ne de-  
spicias in necessitatibus: sed à periculis cun-  
dís liberanos semper Virgo gloriofa, & be-  
nedicta.

Offic. Eccl.

Maria mater gratia.

Mater misericordia.

Vt supra:

Deinde gratias agere, offerre, & pete-  
re debemus.

## II.

## DEIPARA SALVTANDA

in ingressu, &amp; egressu è domo.

**A**D alterum priuatarum precum B. Virgo  
caput facit, vt antequam Domos salutāda,  
quis egrediatur Virginis Beatissimæ, ve- cum ingre-  
luti peculiari suæ Dominiæ in cubiculo dimur, vel  
coram eius Imagine se suaq[ue] negotia è domo e-  
peragenda commendet; ac tibi eius am- gredimur.  
plissimo pallio, hoc est peculiari patro-  
cino, tantisper cogitatione se sistat,  
eoq[ue] munitus præsidio contra varias  
hostiū rum visibilium, tum inuisibilium  
insidias, quæ plurimæ passim occurunt,

P 5 foras

foras exeat; Idcirco salutationem Angelicam recitet, & ab eo, eiusque filio veluti exequendi veniam, benedictionemque perat illo versiculo:

*Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria.*

Idem quoq; tibi præstandum erit, ubi Domum reuersus in cubiculū te receperis: & profecto ea ratione seruabimus, id quod Hieronymus epistola 22. inter alia monita, Virgini Eustochio, alijsque religiosam vitam instituere volentibus tantopere cōmendat illis verbis: *Egradientes de hospicio armet oratio, regredentibus de platea oratio occurrat, antequam sessio; nec prius corpusculum requiescat quam anima pascatur.* sic ille.

Hierony.

Lansperg.

Ac de Deipara per eam occasionē lalutanda, Lanspergius in ordinario breui manuscripto de ratione viuendi Casthianorum, egregiè sic monet: *Per folio sacro, & redditis debitis gratijs, rediens ad Cellam ad imaginem B. Mariae, (quae custos iuxta fores Cella tua vigilat) paulisper subsiste, aut si festinatio intrandum est, dum clavi referas ostium, oram patrem Dei ut te adoptet, teneat, possideat in filium. Cellam ingressus, primum sit, quod ante omnia facias, ut in Oratorio ad orationem procidas, beatam Mariam tua cella Patronam, ac Dominum*

Dominam salutaturus: dic ergo mente de-  
nuta unum AVE MARIA hæc ille.

Et certè eiusmodi ergo Deiparam stu- Pratum  
dium miraculis interdū comprobatum spirituale.  
legimus, quemadmodum ex Prato spiri- Denotio  
tuali cap. 180. constat in Abate Ioanne cuiusdam  
Anachoreta, qui cum peregrinarū exiret clericis er-  
candelā accensam in Cella coram Deipa ga Deipa-  
ræ Imagine relinquere, eiq; sub discessū ra imagi-  
enixè se cōmendare consueuerat, & cūm nem con-  
post vnum, duos, sexuē interdū menses firmatur.  
aliquādo remigraret, candelam integrā,  
illam quidem, atq; ardenter sicut reli-  
querat non sine miraculo iaueniebat,  
quod c. 29 plenius narrauimus.

Cap. 29.

### III.

DEIPARÆ TEMPLA ADEVN.  
du, imagines colenda, festa eius preparatio-  
-ud me aliqua prauenienda, preces item in  
eius honorem fundenda, pra-  
sertim salutatio

Angelica.

II AD priuatas, quæ Deiparæ fundun. Preces in  
tur, preces spectat quoque sacra honorem  
Virginis adire templa, celebresque eius Deipara.  
Imagines piè inuisere, coram ijsdem  
cum aliquo pietatis sensu eandem inuo-  
care.

P 6

Festis